Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tue pcibus auctor: ipe pietatis & pia ut quod fideli-
ter petimus efficaci consequamur ad philippens 1°
Fratres. Confidimus in domino ihu. quia qui
cepit in nobis opus bonum perficiet usq; in die
xpi ihu. sicut est mihi iustum hoc sentire pro omni-
bus vobis: eo quod habeam vos in corde & in vinculis
meis et in defensione et confirmatione euangelij socios gaudii mei omnes vos esse. Testis
enim mihi est deus. quomodo cupiam vos omnes in
visceribus ihu xpi. Et hoc oro: ut caritas vestra magis
ac magis habundet in scientia et omni sensu. ut probetis potiora ut sitis sinceres et sine offensa in diem xpi
repleti fructu iustitiae: per ihu xpm in honorem et laudem dei. GR. Ecce quam bonum et quam iocundum
habitare fratres in unum ℣. Sicut unguentum in capite quod descendit
in barbam barbam aaron ℣. Laudate dominum de celis laudate eum
usq; in sublimis. Alla ℣. Laudabo dominum
in vita mea psallam deo meo quamdiu ero. Sdm matheum 18
In illo tpe. Dixit dominus ihs discipulis suis parabo-
lam hanc. Simile est regnum celorum homini regi:
qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum
cepisset rationem ponere. Oblatus est ei unus qui debebat
decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet
iussit eum dominus venundari et uxorem eius et filios et
omnia quae habebat et reddi. Procidens autem seruus ille:
orabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia
reddam tibi. Misericors autem dominus serui illius di-
misit eum. et debitum dimisit ei. Egressus autem ser-
uus ille: inuenit unum de conseruis suis: qui debebat
ei centum denarios: et tenens suffocabat eum dicens